



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. VII. Intactum, & illaesum Virginis simulachrum impias
Sarracenorum manus effugit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

obiit. Concurrerant multi ad illud templum, ut effluentem ex illa imagine sanguinem uiderent. Ibi autem omnium in cōspectu, Virginis marmoreum illud simulacrum, ob iniuriam filio iniuriam illatā, capillos lapideos dilaniatum est, ac uestem abscidit. Ea res euēnit anno, c. d. cc. lxxxv. quo tempore inter Philippum Gallorum regem, & Henricum Britanniae regem facuissimum bellum erat.

MIRAC. VIRG. VII.

Intactum, & illaesum Virginis simulachrum impias Sarracenorum manus effugit.

Impij Sarraceni sacratā Virginis aedem ingressi, in multa coelestium simulacra, cuspides telorum conijciebant, quib. oculis effosis omnia deformarāt. Tandem in Virginis ipsius picturam idem admittere ausi sunt; sed ad sempiterni regis nutum eorū impij furores repressi fuerunt. Ita. n. scelestorum uires prostratae sunt; ut minimè ad scelus perpetrandū manus possent erigere, aut subleuare; sed penitus labascerent, ac tremere. Quinetiam, ubi aliquam in partem tela dirigebant; in aliam prorsus manus auerrebantur. Sancta igitur Dei parentis effigies intacta impuras scelestorum manus effugit.

